

I B L

1518

W. 3872 Rep. II



Rep. XXXVI. f. no. 128.


M. ADAMI SPENGLERI

Gymnasii Berlinensis Recto.
ris

EXERCITA.
TIONES ETHICÆ

Ventilatæ
In eodem Gymnasio
Anno cīo loc xlviii.

Berolini, literis Christoph. Rungj.



IMAGINE MIGA M
SARASVATI


АЛЮСИОН

и не забыть

ес

Vas a la vila
que s'ha de fer
que s'ha de fer
que s'ha de fer

General Assembly of the Commonwealth of Massachusetts



Prefatio ad Lectorem.

Ncondendis concin-
nandisq; his Exercitatio-
nibus Ethicis , ne nescias
Lector benevole , ratio-
nem cumprimis habui
discentium meorum , quibus auctores
varios per septennium tam publicè
quam privatim à me traditos ac enuclea-
tos volupe fuit non tantum reddere fa-
miliares ad formandum subigendumq;
stylum ; sed & usum Ethices per egregia
monita , exempla & historias monstrare.
Quid enim aliud sunt historici nisi Ethi-
ci & politici , quibus propositum est per-
æq; ac decretum ut cum maximè , varijs
exemplis genus informare humanum ;
ut virtutes complecti , vitia fugere con-
discat ; hinc virtuosorum pariter ac vitio-
rum in scenam quas . producit felices
juxta & infelices ac tragicos eventus ?
Quid aliud sunt Comici ac Tragici , nisi
Ethici & Politici , qui affectus civiles ac

A 2

priva-

privatos hominum oculis sub involu-
cris varijs exponunt: quid in vita sit utile,
quid contra evitandum monentes? Cer-
te comœdia est quotidiane vita speculum, :
sicuti n. inspeculis de facili ora lineamē-
taq; nostra intueri proclive est, ita in le-
ctione Comœdiarum & Tragœdiarum,
mores formare nostros a primē valemus.
Sed quid præcepta Ethica nuda sine in-
spersione variarum sententiarum, histo-
riarum, exemplorum, similium? quid
quæstiones sine ijsdem aliud sunt nisi vel
sterile solum, vel litigiosæ cavilla-
tiones? Hinc historica Ethicè & Ethica
historicè declaravi, & q. mel, quoddam
è moralibus præcipiuorum philosopho-
rum, Historicorum Curtij cum primis,
Cornelij Nepotis, Flori, Justini, Vellei Pa-
terculi & Drexelij, scriptoris haud con-
temnendi, confeci floribus, idq; per præ-
cepta, canones & quæstiones. Et ut no-
stri tamen haberent, in quo se exerce-
rent, logicam pariter & Lat. ling. cxco-
lerent, lectionibusq; Academicis pau-
latim se præpararent (quam n. fœdissimè
inibi in lucem protracti, ab his rebus
prorsus nō instructi, labantur turpiterq;;
se

ſe dent, in proposito eſt) operæ pretium
existimavi ſi ſub formâ diſputationum,
Exercitat. hæ prodirent. Juventuti Schola-
ſticæ unicè hic velificari animus fuit, cu-
juſ quam maximè ſervire commodis,
quæſtum in animum induxi maximum.
Licet verò alia etiam methodo ma-
joriq; industriâ Exercitationes hæ extem-
poraneæ (extemporaneas eſſe noverunt,
qui me meosq; , noverunt labores) elab-
orari potuiffent, attamen ceteri labo-
res ſcholastici publici perinde ac privati
id haud confeſſerunt. Momum interim
aliosq; naſutulos, optimè etiam cogitata
cavillari altoq; supercilie contemnere,
ſolentes, facile quoq; contemno! Suffi-
ciat mihi conſcientia mea. B. V.

Seq. Carmina gratulatoria.

SPENGELE Rille bonus morum formator,
boneti

Custos, Pierij gloria rara chori.

Scriptis ecce brevis claris abſtruſa reſolvit,
Quid quid Aristotelis grāde volumē habet.
Quæ facienda bono, quæ ſint fugiēda, cui viſis,
Omne velut magnus Dædalus arte docet.
Ergò binc addiscat juvenis quicunq;, ſiet quid
Utile, quid rectum, quod probitatis iter.

A 3

Ergò

Ergò temeritò SPENGLERE favore decenti
Prosequitur, magnite Berolina facit.
Nomine et magno profiterier Ethica vidi,
Auditor voci favit ovando tue.
Ethicus es, Logicus, Physicus, Metaphy-
sicus, atq;
Philosophusq; bonus, Theologusq; bo-
nus.
Magne vir, Illustris Gymnas Idigne Magister,
Det Deus è cœlis commoda mille tibi.
Orbis, Olympus, Amor: diffundat, ditet &
auget:
Famam, animam, nomen: laude, salute,
libris:
Exige vivendo sospes tot secula, quotquot
Cervus, quot cornix vivida, Rector, agit.
Rector discipulis esto, esto fortis ut Hector,
Sis illis Cicero, magnus Aristoteles.

Clarissimo Dn. Autori,
Adfini & compatri suo honoratisimo
Imq; adjecit
Matthias Lüssovius, Brandebur-
gicus, Ecclesiæ Rathenov. ad
D. D. Andreæ & Mariæ Pastor,
& vicinarum per Coryletum,
Frisac. & Rinoviens. diœ ceses
Superattendens.

M.

M. ADAMUS SPENGLERUS

āvayeguualzōp̄p̄Ḡ.

Regens Musam plus da

NEc preceptor i poteris nec digna pa-
renti,

Judice quoq; bono, præmia ferre tuo.

I s benè posse dedit dedit hic dum vivere posse:

Hinc amor & sit honor par in utroq; tuus.

Hinc SPENGLERE, tibi solvit quod doct a Ju-
ventus,

Exhibit is merit is & equivalere nequit.

Euge REGENS MUSAM Scholico moderami-
na PLUS DA

Doctrina: Spera munera inde minus.

Quo fragrēt, nōsti, suffitu scamna scholarū,

A Domino merces digna labore venit.

Quos docet intereātuacura, docebit aman-
ter.

Est ferre ingratos laus quoq; magna Schola.

Clarissimo Dn. Præsidi Affini suo per charo
honoris ergo f.

Johannes Fidlerus Pastor Liepensis

Inspect: Rathen: Senior.

Ingenium Spenglere tuū Clarissime miror,

Præcipuis merito connumerande Sopbis!

In tot sufficiat quod curas atq; labores,

Fortius ut studijs splendeat usq; suis.

Felices, nōrint bona si sua, prædico alumnos,

Doctoris pendent quotquot ab ore tuo,

Quos dextrâ ducis Sophies ad tē plā prebēs;
Et solidâ faciles efficis arte vias.
Impiger, ex somnis tibi parcer etute recusas;
Ut levior cupidis cura laborque cadat.
Autorū quâ sit methodo genus omne legendū,
Consilio multū proficiente mones,
Mellis uti matres imitati floridacarpant
Inq̄ suos redigant scripta sub inde favos.
Mature q̄ doce pugnis assūscere ep̄ bebos,
Ut feriant, ictus ut caveantq; graves.
Sic Soli obvertit pullos Jovis armiger ales,
Irrefugoque pati præcipit ore jubar.
A tenero levibus sic unguis lusitat armis,
Si quis avet quondam Martia castra sequi.
Debita virtutib; &c si præmia solveret etas,
Invidiâ quamvis dissidente loquar:
Sublime ingenio poteras decorare cathedrā,
Nominis eternâ laude sequente tui.
Quanquam sic quoq; de studijs, Spenglere,
mereris
Ampliter, eximium nomen ut inde feras.
Sentiet alma suos Ecclesia, sentiet auctūs
Publica Res, priva conditiōque domūs,
Atq; tuis accepta feret quām plurima curia
Quilibet, & celebrans te super astra vebet.
Honoris & observant. testandz
ergo scrib.

M. Johannes Mollerus Schol^e
Franckf, R.

I. N. J.
EXERCITATIONUM
ETHICARUM
PRIMA.
DE
DEFINITI-
ONE AC DIVISIO-
NE ETHICES,

Quam

PRÆSIDE
M. ADAMO SPEN-
GLERO NEUKIRCHO-
VAR. Gymn. Berl. Rect.

*Pro viribus defendere
conabitur*

GREGORIUS CRUSIUS
LUBENÆ LUSATUS.

*Add. 4. Martij boris ab VIII. matutinis.
cic. Ioc XLVII.*

BEROLINI, LITERIS RUNGIANIS

V I R O
Nobilissimo, Magnifico, Amplissimo &
DN. GEORGIO Blan-
cken/Screnissimi Dn. Electoris. Sax.
Cancellario totius Lusatiae Inferioris, fa-
migeratissimo, Domino Propatri Patrono &
promotori honoratissimo, cuius virtus
nullos titulos ambit, omnes
meretur:

ult 5

Amplissimis, Prudentissimis, pietate, era-
ditione autoritate, judicijg, dexteritate pra-
stantissimis Dominis

**CONSULIBUS ET SE-
NATORIBUS** Reip. Lubi-
nensis Dn. Mæcenatibus, patronis, pro-
motoribus & fautoribus suis ho-
norandis,

Hæ studiorum suorum primicias
offert

Gregorius Crusius.
Resp.

בָּאַלְהָיוֹן :



Um homo, juxta Cic. l. 2.
de finibus, ad duas res, in-
telligendum scil. & agendum,
natus sit, tanquam mortalis
Deus, non abs re fecerimus,
si præstantioribus philo-
phiæ Theoreticæ partibus,
quas hactenus aliàs publicè aliàs privatim in-
culcavimus, philosophiam moralem, palmam
theoreticæ ambiguam facientem, adjunga-
mus, maximè in gratiam dissentium nostro-
rum, quorum anni jam quasi sunt cerei adhuc
& maximè tractabiles, adeoque pietati & mo-
rum honestati assuetaciēdi, aureo Palladis freno
in gyrum rationis ducendi & ad virtutes con-
docefaciendi, juxta illud Virgilii :

A teneris aspescere multum.

Hinc cum maximè eorum commodis hīc in-
servire studeamus potiora cum primis magisq;
protrita è scholis Ethicorum hinc inde colli-
genda nobis erunt, quæ animos eorum rudes
perspicuè informent, à vitiis abducant & ad
virtutis tramitem deducant, minimè vero ma-
gis magisque impediāt. Non autem more in-
honestarum fœminarum ascititio colore pul-

A 2

clari-

christudinem sibi conciliantium, cōmpto & ad
ornatum composito, sed ut nuda & simplex in
philosophicis amat veritas, plano ac simplici
medio petito, ut vivâ fit voce, utemur sermo-
nis genere: ne duplīcem discentibus figamus
crucem, rerum scilicet & verborum. Hanc e-
nīm optimam, & discendi & docendi esse me-
thodum, notunt eruditī. Sit itaque

Christo Duce & Auspice Christo.

SECTIONIS PRIMÆ

Præcept. I.

EThica est prudentia hominem virtuti-
bus imbuens, secundum rectæ ratio-
nis normam, ad consequendam felicita-
tem civilem.

Εὐθεσίς.

SI. In hâc definitione (prout præscindit à
nominali & reali) duo sunt consideranda;
ονοματολογία & *περιγνωμονία*, hoc est,
definitio nominalis & realis. In illâ tria ponde-
randa. Etymologia seu Originatio vocis, Sy-
nonymia & Homonymia. Quâ Etymologiam
vox hæc (ut omnia serè alia disciplinarum no-
mina) origine Græca Latio tamen donata est.
Dicitur autem vel *λόγος* εἴθες à consuetudine,
quod mores consuetudine reddat temperatos,
vel *λόγος τῶν ἡγεών* à moribus, quos sibi infor-
man-

mandos sumens mitiores q. & mansuetiores reddit, siue ipsa vox (ἡγη) praeter mores, affectus quoque leniores, quos in exordiis cum primis adhibendos svalent Rhetorum filii, significat. Atq; exinde Plato Ethicam vocat Musicam, quod, ut svalitate ejus deinulcentur animi, sic doctrinâ hac fiant moderatores ac mitiores. Et Drexel. Confert Citharæ signo 12. de prædestinat Quoad Homonymiā Ethica accipi potest vel adjectivè vel substantivè. Sed cum constituat speciem specialissimam substantivè, ut cætera disciplinarum nomina, accipienda est. Neq; tamen sensu Stoicorum pro universâ philosophiâ practicâ, sed pro doctrinâ morali. Stoici universam philosophiam dispescerbat in tres partes; Logicam, Physicam & Ethicam. Sub Logicâ comprehendebat artes dicendi, Logicam, Rheticam & Grammaticam. Sub Physicâ, Metaphysicam & cæteras Philosophiæ theoreticæ partes. Sub Ethicâ completestebantur Politicam, Oeconomiam & Ethicam in specie. Quâ Synonymiam aliâs appellatur philosophia moralis, aliâs doctrina de virtutibus &c.

§ 2. *Genus* in definitione reali expressum, est *Prudentia*, quia definitio prudentiæ, quæ est habitus cum rectâ ratione activus circa ea, quæ homini bona vel mala sunt, ei competit, ac prædicatur de Ethicâ, Politicâ & Oeconomica tanquam diversis speciebus in quid. Confer Dn. D. Meissner. dissertation. de S. B. p. m.

25. Paratragædiant hic Ethici circa genus. Alii enim Ethicam definiunt per artem: alii per scientiam: quidam per doctrinam, nonnulli per partem philosophiæ practicæ &c. Nobis arridet illorum sententia, qui Ethicam finiunt prudentiam. Ad habitus enim intellectuales referuntur omnes philosophiæ theoreticæ & practicæ partes: ex iis vero nullus est qui mortali philosophiæ sit accommodatio, si accurate velimus agere, quam prudentia. Interim tamen nemini facile litem movebimus de quæstionibus ejusmodi proæmialibus modò in reipsa consensus sit nec veritati vis inferatur.

§ 3. *Differentia absolvitur objecto & fine.*
Objectum est homo q. virtutibus est imbuedus & ad S. B. practicum ducendus. Dico quatenus, quia in quovis objecto duo spectanda, materiale & formale. Illud dicitur res considerata, hoc modus considerandi. Materiale est homo. Formale q. virtutibus informandus Ergo Ethica versatur circa hominem non q. sanandus vel ad æternam salutem adducendus, sed q. virtutibus moralibus est informandus. Et hoc dicetur objectum totale. Consequenter ad objectum hoc pertinent affectus, seu perturbationes. Nam hoc præcipue agit Ethica, ut affectus humani rectæ rationi sufficiantur. Itemq; actiones humanæ, q. in ijs honestas vel virtus refulgere debet, ad differentiam Politicæ & Oeconomicas, quæ specialiter versantur circa

affi-

actiones, q. vel ad bene gubernandam Remp.
vel administrandam familiam pertinent. Hinc
recte Picc. p. II. Objectū Ethicæ sunt humanæ
actiones solum universè consideratæ, & q. ho-
mines per eas absolutè viri probi redduntur,
Objectum Politicæ sunt humanæ actiones, ut
ex eis publicum bonum natum est consurgere,
Objectum Oeconomiæ sunt humanæ actiones,
ut ex eis domesticum bonum consurgere na-
tum est. Confer. B. Meisn. prolegom. de E-
thic. in genere q. 4.

§ 4. *Finis est beatitudo civilis*, ad hunc enim
consequendum, omnes actiones in Ethicis in-
stituuntur, & vocari alias soleret *finis externus*,
alias *ultimus & supremus*, sed tamen in suo ge-
nere, nam gloria Dei absolutè supremus & ge-
neralisimus finis est. Datur præterea *finis inter-
nus* Ethicæ, qui instruit intellectum, ut appre-
titum inordinatum regat suoq; subjiciat impe-
rio, ne pro lubitu exorbitare & in varias, & illi-
citas se effundere cupiditates valeat, quibus
sufflaminandis Philosophia hæc adhibenda est
moralis. *Duplici* namq; homo, à lapsu Adami-
tico contaminatus est *vitiæ ayvoia vers & avaritia*
appetitus. Illi succurrit Philosophia theoreti-
ca, huic medicas affert manus practica. Absq;
duplici hæc medicinâ esset, homo perpetui
tumultus prostibulum futurus esset, dicente
Seneca,

§ 5. *Norma* totius negotij non est hujus vel
istius opinio, non quid hic vel iste deliraverit
non Plato, non Aristoteles, non Ramus, sed
recta ratio quæ convenit cum lege naturæ, cum
principijs practicis, cum præceptis & legibus,
quæ ex principijs practicis legitimâ conse-
quentiâ ducuntur & rectè applicantur.

6. Ut aliás omne bonum desuper (Jac. 5.)
sic & Ethica, bonum non postremum sed ferè
princeps Deum agnoscit auctorem, qui homini
ad imaginem suam condito honestorum &
turpium discrimen indidit, qui q. ipse pro-
fessorem Ethicæ agens protoplastos & Patriar-
chas mæoribus & pietate instruxit. Hanc causam
appellant remotam. *Proximam* largiuntur
Φύσις, μάθησις, ἀσκησις. Illa reddit nos ca-
paces doctrinæ Ethicæ; ista participes; hæc ha-
biles & expeditos. Natura incipit: Institutio
dirigit: Exercitatio perficit & absolvit. Natu-
ra sine institutione quiddam cæcum est: institu-
tio sine naturâ quiddam mancum exercitatio
& repetitio sine utrâq; mutilâ & imperfecta.
Meid. in Pbil. mor. Ultinam hoc Nostris obser-
vare!

Præcept. 2.

Partes Ethicæ sunt duæ, iudiciorum & auctoritatis
& auctoritatis. Illa est prior pars Ethicæ,
quæ agit de summo hominis fine civili;

hæc

hæc posterior de virtutibus tanq. mediis
ad finem istum ducentibus præcipit.

Ἐκθεσις.

§ 1. *Divisio* hæc per dichotomiam omnium optima (vid. Meisn. l. c. q. 13.) est totius analogi integrantis in partes suas analogicas & quidem juxta methodum disciplinis activis convenientem, in quâ primum de fine deinde de mediis differitur. Operatrices namq; disciplinæ ordine analytico seu resolutivo suut tradendæ, ut niquit Zabell. l. 2. de nat. Log. Contrarium methodum adhibent Piccolomineus & Evenius. Quibus satisfecit Dn. Jacob. Mart. in Eudæmonol. q. 4.

SECTIO SECUNDA.

Exhibens Canones.

EThica ex tribus q. fluit fontibus i. Princi-
piis nobiscum natis. 2. experi-
entiâ. 3. ratiocinatione.

Ἐκθεσις.

Principia h. l. intelliguntur *prædicta*, quæ alio nomine vocari solent *notitia naturales*, ut sunt: honeste vivendum: nemo ladendus: suum cuiq; tribuendum: bene meritis gratiæ re- ferendæ &c. vid. Heid. p. 22. *Experientia* virtu-

rum & virtiorum & evētuum, qui ex inde sequuntur, exempla colligit. Ratiocinatio ex ijs deinde discursum format v.g. vim vi repellere licet. At si quis seipsum contra latrones defendit, vim vi repellit E. Cic. pro Mil. Confer Velsenium.

2.

Modus tradendi Ethicam triplex est.
1. γνωμολογικός. 2. θεωρητικός.
3. ἀποδειγματικός.

Expositus.

Juxta illum breves & argutæ ex auctori-
bus colliguntur & proponuntur sententiae ad
informandos mores accommodatae, huc perti-
nent sententiae Catonis & aliorum. Juxta istum
varia virtutum & vitiorum exempla in histori-
is, comœdiis, tragœdiis &c. ob oculos ponun-
tur. Cui rei apprimè inservit Terentius Co-
micorum facile princeps. Juxta hunc præcepta
legitimè disposita per definitiones divisiones,
causas, effecta, affectiones &c. traduntur.

3.

Mpius, quamvis omnes controversias
teneat, non tamen est Ethicus, Hinc
non tam Scholæ hic discimus quam vitæ.

Expositus

Συθεσις.

Eo nomine inscribitur quoq; Philosophia practica από τῆς πράξεως non ut tantum nude virtutes contemplatur sed ut factis eas exprimat. Non ut sciamus tantum quid sit virtus sed ut boni efficiamur, contemplamur virtutes, inquit Arist. l. 2. Ethic. Melius est sanum esse, quam ægrotantem differere de sanitate.

*De virtute loqui minimum est virtutibus usi
Hic labor hic opus est.*

Auditores præcepta ad usum non transferentes, consimiles sunt intuentibus faciem in speculo ejusq; abeundo obliviousentibus Jac. 1, 23. Ægrotis gemini, qui quidem medicos diligenter & studiosè audiunt, sed nihil agunt eorum, quæ præscripta sunt. Conjunge Casii speculum morale l. 10. c. 9. Velten. exeritat. l. Ethic,

40

Ubi desinit Ethicus, ibi incipit Jurisconsultus.

Συθεσις.

Quemadmodum enim ille bonus est Theologus, qui bonus est Metaphysicus, juxta illud: Ubi desinit Metaphysicus ibi incipit Theologus. Et is bonus esse Medicus non potest, qui non sit

opera

optimus Physicus juxta illud: Ubi desinit Physicus ibi incipit Medic⁹; sic &is numero Juris cōsulti boni habendus est minimē, qui non optimē calleat Philsophiam moralem, cum leges tanq. rivuli ex fonte hoc Ethico profluant. Interim exclusivè canon non est intell. cum & cæteræ facultates Ethicā indigeant.

§.

AB Ethicā ad Theologiam dimittendi auditores tanquam à rudimento ad complementum.

Ἐκθεσις.

Comparatè hic canon accipiendus. Nam & Ethica in se considerata disciplina perfecta est

SECTIO TERTIA.

Proponens questiones utiliores.

I.

AN Ethica de virtutibus Philosophica in Scholis Christianorum toleranda?

Aff. Quia ad honestatem hæc nos ducit doctrina 2. ipse gentium doctor 1. Thes. 5. v. 21 omnia

omnia probare, quod bonum est, jubet retinere. Interim ut facilius objectionibus rimam obstruatur distinguendum est inter illa, que originem trahunt ex idolomania gentili, & que ex ratione & lege naturae fluunt: Illa damnamus, haec ceu à residuis imaginis divinæ rudebus profecta admittimus. Separetur ergo preciosum à vili, πάρεγγον δόπο ταύτης. Deinde dist. inter bonum maius & bonum minus. Non illico abjiciendum hoc propter illud, nec statim propter aurum, argentum vel æs flocci faciendum sed tantummodo postponendum, sæpe etiam in mensâ, exquisitissimæ licet adsint epulæ, caseolum tamē non indignamur. Vid. Jac. Mart. Endæmon, disp. 2. q. 5.

2.

AN juvenis sit idoneus Ethices auditor?

Aff. 1. Quia maximè eget morum compositione. 2. quia in juventute discendum quod semper exercendum juxta Horatium.

--- --- --- nunc accipe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer
Quo semele est imbuta recens servabit odorem.
tecta diu.

Et licet Aristot. & alij hīc dist. inter juvenem etatem & moribus, tamē illā distinctionis tem, perie nō putamus opus cīsc. Vel enim juvēis affecti-

fectibus indulget vel facilem præbet moribus
suum. Si hoc, juxta Aristot. idoneum exhi-
bebit discipulum : Si illud maximè indigeat
institutione Ethicâ, ut mores componat suos.
Summa: malus remediis opus habet, probus
incitamentis. Et licet non omnia statim ap-
plicet ad usum, tamen,

Est aliquid prodire tenuis si non datur ultra.
Et quid? nunquid Aristoteles Moralia sua in-
scripsit Nicomacho filio? Nunquid Cicero offi-
cia sua tanq. vivum virtutum speculum Marco
filio dicavit? ut non tantum doctior inde sed
& melior rediret. Hinc memoriæ proditum
est, duplicem Aristotelem habuisse περὶ ταῦτα
matutinum, in quo selectis quibusdam disci-
pulis Physicam & Logicam traderet; & vesper-
tinum, ubi promiscuè & sine delectu, juvenes
in Rethoriceis & civilibus exercebat. Conclu-
dimus itaq, hanc quæstionem verbis Casi: E-
thicam audiat juvenis audiat & senex: audiat il-
le, ut medicinam, audiat hic ut vite regulam.
Est enim utilis & bonis & malis, bonus ut semper
virtuti studeant: malis, ut ab extremâ miseria
mundem resiliant.

3.

AN Ethica cum sacris conferenda &
hæc cum illis?

Aslacus in Ethicâ Christiana negativam
arri-

cripit. Verba ejus sunt : Falluntur itaq; qui
mixtam quandam Ethicam ex verbo Dei & Phi-
losophorum placitis conficiunt. Verum nobis af-
firmativa verior videtur. Ne vero Andabata-
rum more pugnemus, removenda sunt illa,
quæ statum controversiæ possunt involvere.
Philosophorum placita Aslaco vel sunt commēta
huj9 vel illi9 Philosophi, quid huic vel illi nem-
pe assisterere placuerit : Velsuntutiles præceptio-
nes ac monita è rectâ ratione profecta & ex reli-
quiis imaginis divinæ astricta. Priori modo
si se explicuerit facile nos sibi habebit adstipu-
lantes : Posteriori vero modo prorsus ab eo
dissidemus. Dist. enim inter abstractum &
concretum , inter Philosophiam & Philoso-
phum. Commenta illa non sunt Ethicæ vel
Philosophiæ in se consideratæ, sed Ethicorum
seu Philosophorum. Hinc rectè Clemens A-
lex. lib. I. Strom. c. 4. ubi postquam dixerat,
singulari Numinis providentia Græcis obtigis-
se philosophiam moralēm, Philosophiam in-
quit, non dico Stoicam, aut Platonicam, aut E-
picuream, aut Aristotelicam, sed quæcunq; ab his
sectis rectè dicta sunt. Deinde non eò Ethica
docemus cum sacrī conferenda & conjungen-
da , & hæc cum illis, quasi scripurae sacræ per-
fectionis aliquid accederet (hæc enim cum sit
perfectissima & ad motum informationem &
vitam æternam consequendam, ab Ethica mi-
nimè perficitur) sed ut harmonicus interscri-
pturae

pturam sacram & Ethicam, inter Deum & na-
turam elucesceret consensus. Nam cum utraq;
à Deo sit, profecto tantum ab est ut vel tantil-
lum inter sese pugnent, ut potius suavissime
conspirent. Hinc tot vestigia depre-
hendimus in veteri pariter ac novo fœdere,
quibus Sancti Dei homines in allegandis Philo-
sophorum & Poëtarum dictis: gentiliumriti-
bus & ceremoniis, usi sunt. Et quid? si Philo-
sophica tantoperè scripturæ sacræ contraveni-
rent, cur sancti patres, Cyprianus, Basilius, Hi-
eronymus & etiamnum nostri Doctores tam
pro suggestu quam in scriptione historias pro-
fanas, gentium mores, literaturam Ethnicam
rebus seriis ac sacris insererent? Nimirum e-
ruditionem Priscam à sacris penitus excludere
est vites non putare, sed eas cum Thrace rusti-
co ab radicibus excindere. Vid. Drexel in
Joseph. c. I. Hinc minimè falcam in alienam
messem immittamus, si bono cum Deo in Ex-
ercitationibus his nostris Ethicis, sacra quan-
doque cum prophanis conjunxerimus.

Tandem!

DEO sit laus & gloria.

F I N I S.

